

¶ Pars. .v.

¶ Ca. .iiii.

propter ipsam puerilitatem suam tradita. quoniam ipsa huiusmodi puerilitas vetustas spiritualis est. hoc est ad mortem eternam festinans vicinitas seu propinquitas.

¶ Epilogus et resumptio.

¶ Ca. .iiii. A

Am ergo expediti sumus auxilio dei de his que proposueram? dicere in declaratione: quia et lex veritas et lex veritatis verissime dicitur. Et fecimus manifestum: quia ipsa unica est quemadmodum et honestas perfecta. Unica est consistens ex duabus partibus naturali videlicet et gratuita et naturalis quidem honestas pars eius initialis est. Gratuita vero pars eius proficiens est et ad impletio consummata. propter quod et lex veteris rudi adhuc et puerili populo tanquam alphabetum honestatis. tanquam elementa initialia religionis tradita est: pars vero sancta tanquam plenitudo atque perfectio erudito iam populo atque profecto suscipiendaeque perfectioni longis ac magis multorum seculorum eruditionibus preparato per Christum dominum apposita est. que est consummatio legis ad iusticiam. sicut legitur Ad Rom. x. propter quod legitur ad Gall. v. quia omnis lex in uno sermone impletur. scilicet in sermone de dilectione. sicut legitur ad Rom. xii. Qui diligit proximum legem implevit. Et iterum ibi dicitur plenitudo legis est dilectio. Mandatum enim de dilectione posita et virtute omnia alia mandata quodammodo est. quoniam sine ea inutiliter observantur. sicut legitur ad Cor. xii. fere per totum. Cum ea vero omnia a deo acceptantur meritoque atque remunerabiliter adimplentur. propter hoc ex eius mandato pendere dicitur tota lex et prophete sic legitur Matth. xxii. et Mar. xii. **B** Similiter ad Timoth. p. me. primo finis precepti perfecti caritas. precepti id est totius legalis preceptionis finis consummationis est caritas. quoniam propter illam: aut acquirendam: aut nutriendam: aut consuandam: aut ad augendam: aut adimplendam: omnia precepta sunt et prohibita que in utraque lege continentur. propter quod etiam dictum est ad Cor. xii. Nunc manent: fides: spes caritas: tria hec maiore aut horum est caritas propter multiplices sui perfectiones et laudes que hic tractantur. Comparatio vero timoris que utique puerilis est et elementaris seu alphabetaris. ut ita dicamus ipsa dilectio sapientia honorabilis est. timere enim timore servili timere est mulieris: et ideo cape mulieris. quare timore servilis sapientia ut ita loquimur ignobilis est et vilis. Merito igitur operatio servilis timoris dilectio sapientia nobilis est et honorabilis. De timore enim servili illa accipienda sunt que premisimus. propter quod hac sola opera que ex gratuita dilectione fiunt. deo acceptabilia sunt ac remuneratione digna. in eis que precesserunt declaramus. Si quis autem querat numerum mandatorum et regulam legis huius.